Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

bissextiles: vel in veriore hypothesi, quod annis prediciis fuerint dies bissexti jussu Augusti Imp. omissi, venient initia hebdomadum Zacharie in III Februarii, in XIX Augusti, in IV Martii, et in XVIII Septembris. Eadem enim dies, quae in priori hypothesi est XXX, in posteriore est XVII. Consequenter si in priore Zacharias hebdomadā munus suum absolvit die XXV Septembris, in posteriore eandem absolvit XXIII ejusdem. Colligimus III, diem Expiationis eo anno, quo Joannes concepitus est incidisse in XXV, seu verius XXIII Septembris. ~~radeoque infer~~ Id quod fieri potuisse, imo et debuisse, hic ostenditur.

Anno aeram vulgarem immediate procedente fuit Aureus numerus I, respondens Epacte VIII, adeoque Neomenia mensis primi seu Paschalis (in hypothesi posteriore, quam deinceps suppono) die XXI Martii, Neomenia vero mensis septimi die XIV Septembris, et ~~dies~~ Expiatio die XXIII ejusdem; et quidem, quia litera Dominicalis erat A, dies sabbati: cujus tamen solennitas jam pridiano vespere inierat. (vid. Calmetus Dict. bibl. v. Expiatio) Cum ergo, ut supra dictum, Zacharias paulo post praesentationem Domini in templo, suo munere hebdomadario fungens occisus sit, et consequenter anno Incarnationem Dominicam praecedente circa VIII Cal. Octob. ministraverit in ejusdem hebdomadis diem ultimam incidisse jejunium Expiationis, recte arguitur. Recte, ais, si Christus natus esset ipso anno aere vulgari primo. Atqui hoc ~~ipse et conceptus et natus est~~ probabilissimum est. Hujus assertionis fundamenta tradunt ~~passim huc tres, qui aeram vulgarem et veram propugnant~~ Beda, ~~Bellarminus, et alii, praeipue~~ Herwartius in Chronologia ad calculum astronomicum revocata: ~~et~~ Kieberus in Historia Religionis part. I Dis. 51.

| erat

| de ratione temporum c. 45 ~~cum~~ Dionysio Exiguo, et ex